

THE DESCRIPTION OF THE WORLD^s WILL OF MAFFEO SENIOR
deficeret per eum uel suos pleçios integre persoluatur. & sunt pleçii nobiles viri
petrus maurecenus & marcus paulo milion & plures alij qui ssunt sscripti ad Cam-
eram capitaneorum postarum

(Archivio di Stato. Maggior Consiglio—Deliberazioni. Magnus—Capricornus fol. 82r°,
the fourth entry under 10 April.)

Note: *milion* is written with a line over it, as is very often the case with proper names which
have not strictly Latin terminations. Notice that the title *noble man* is given to Marco Polo
in this official document. See pl. 8.

6. Will of Maffeo Polo senior 6 February 1309/10.

Will (Copy in the Notary's Register):

IN nomine dei Eterni amen anno ab incarnatione domini nostri ihesu xristi
millesimo Trecentesimo Nono mensis february die sexto intrantis Jndicione octaua
riualti. Diuine inspiracionis & donum dei est ac prouide mentis prelucens arbitrium
ut ante quam superueniat mortis Judicium sua quisque precaueat sollicitus ordinare
Quapropter Ego Matheus paulo de confinio sancti Johannis cris[os]tomi sanus
mente licet infirmus corpore ad me feci venire petrum paganum presbiterum &
plebanum Ecclesie sancti felix & notarium quem rogavi diligenter ut hoc meum
scriberet testamentum in quo esse constituo meos fidei commissarios Marcum &
stephanum paulo nepotes meos ut secundum quod ordino fieri ipsi insimul post
meum obitum debeant administrare & adimplere. Imprimis omnium dimitto
rectum decimum Item volo quod omnia mea debita clare facta integraliter per-
soluantur Et ffacio *in hoc* manifestum quod habeo penes me *libras*(?) denariorum
venecialium Centum viginti quinque ad grossos qui fuerunt marcheti olim mei
seruitoris qui obiit in taurise quorum denariorum medietatem ipse dimisit *ad*
mortem suam maycu filio suo naturali & aliam medietatem dimisit *Juça matri*
predicti mayçu & ipsos predictos denarios ordino detur quam cicius poterit uel suo
nuncio speciali aut quibuscumque deberet de jure. tam per *successores equaliter* Item
dimitto pro missis celebrandis pro anima mea & meorum defunctorum libras
denariorum venecialium septuaginta quinque Item dimitto soldos denariorum
venecialium grossorum viginti dandos inter congregaciones Riualti secundum quod
videbitur suprascriptis meis commissariis pro anima mea & meorum defunctorum
Item dimitto libras denariorum venecialium Centum distribuendas inter omnia
monasteria & loca pietatis posita a grado usque ad capud aggeris non nominata in
hoc meo testamento ubi diuina officia celebrantur secundum discrecionem &
uoluntatem meorum commissariorum Item dimitto libras den. ven. Centum pro
dupleriis emendis dandis sicut uidebitur commissariis meis pro qualibet Ecclesia
de veneciis ad honorem & reuerenciam corporis xristi Item ordino fieri tres